existens memorans Recognoscens Generosus Ioannes Woran-
kowski sive eius Successores, ad instantiam suprascriptorum
Generosorum Michaelis, Carelidi Constantini atque Francisci
Dydynskich, fratrum inter se germanorum, obligatariorum
suorum vel eorum Successorum ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu suprascripto, quo ad
respondendum spectat mediante, semper in primo Citatio-
nis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere
respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti
satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur
seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit, et
obligat praesentibus. illum Terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes Causa eiusdem Terminos
semper peremptorios quoad infirmitate, pro maiori, minoren-
nitate, Successorum, legatione intra vel extra Regnum
servitio militari, ad munimenta, ad Exercitum, vel
aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimen-
tis non differendo, ad quietationem praeterea ultra-
proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Prae-
mysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo,
nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutio-
nes faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus,
vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Iu-
ris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac his
omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugien-
do nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesen-
ti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dÿdÿnscÿ Charewskiemu arendant Bona sua.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentib[us]
Castrensibus Capitaneatibus Praemysliensibus Generosi
Candidus, Constantinus atque Franciscus Dydynscy, olim
Generosi Nicolai Dydynski cum Generosa olim Theophila Ko-
dnicka Consorte eius Legitima procreati Filii, Fratres inter
se germani, sani mentibus et corporibus existentes a Terris 174
Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis pro-
priis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi
Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad Actum
hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis genera-
liter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subici-
endo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum seorsivo suo pro interesse recognovit, quia
ipsi suo, et Generosi Michaelis Dydynski Fratris sui Reco-
gnoscentium germani, pro cuius ratihabitione cavent, ac se
praesentibus inscribunt nominibus Bona sua propria, Iurib[us]
suis Recognoscentium subiecta, videlicet totam et integram
villam Wieckowice et duos Cmethones Laboriosos unum Czar-
niywasil, alterum Szelman dict[os] in Bonis Villa Roziewi-
cka Wola Terra praesenti Praemysliensi, et Districtu Prze-
worscensi iacen[tem] et consisten[tem], in Personas suas Recognoscen-
tium et praedicti Fratris sui per Generosum Eustachium Cha-
rzewski sub Actu diei hodierna transfusa et condescensa
Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, tituloque Arren-
datorio, cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem Uti-
litatibus, fructibus proventibus, reditibus, commodis, emolu-
mentis, et obventionibus quibusvis, tum agris, fundis, pratis,
campis, pascuis, pascuaris, sylvis borris gaiis nemoribus
indaginibus, rubetis, vepretibus, virgultis, mericis, stagnis
magnis et parvis, piscinis, fluviis, fluminibus, lacubus,
paludibus, rivis, rivulis, torrentibus, aquarum decursibus
molendinis, tabernis, horreis, allodiis, hortis, pomariis,

apistenis, apum mellificiis, sepibus sepimentis structurisque et aedificiis quibusvis necnon Subditis Cmethonibus Hortulanis, Inquilinis, eorundemque Subditorum Laboribus censibus, dationibus, vectoris, mervis, officiis et obsequiis quibusvis attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris Dominii proprietatis aut cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscentibus et praefato fratre suo, suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo. verum ita, late longe, circumferentialiterque prout praefatorum Bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protendit et prout eadem Bona ipsimet Recognoscentes tenuerunt habuerunt et possidebant, ipsosque concernebant ac eisdem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto suprascripto Generoso Eustachio Charzewski eiusque Posteris, pro summa certa pecuniaria, iam per se Recognoscentes levata et percepta de qua praesentibus quietatur, hinc et ab Actu praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo secundo proxime et immediate venturo incidens, arendaverunt, inscripserunt, et locaverunt, prout arendant inscribunt, et locant praesentibus. In quae quidem Bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes arendata et locata iam ex nunc et de facto iidem Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus, atque Franciscus Dzidzinscy Fratres inter se germani, praefato Generoso Eustachio Charzewski Arendatario suo eiusque Posteris coram officio praesenti, dant et admittunt realem Intromissionem eractualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Arendatarium suum ipsiusque Successores, hac eadem Bona, praemissaque omnia,

presentibus arendata cum universis eorum utilitatibus, et usufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus, tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos suorumque successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo ac iure arendatario. Debebuntque et tenebuntur memorati Recognoscentes, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, eidem suprascripto generoso Eustachio Charzewski arendatario suo inscribunt et obligant presentibus, ipsum et eius successores in dictis bonis omnibusque presentibus per se Recognoscentes arendatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiusvis conditionis, status et sexus cuicunque existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentium et prefati fratris sui ac suorum successorum tantummodo, et non ultra exorienda in omni iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non hoc eadem bona premissaque omnia presentibus per se Recognoscentes arendata et locata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus, prioribus et posterioribus super premissa omnia modo quovis cuicunque personarum itidem ex re persona et occasione sui Recognoscentium et prefati fratris sui suorumque successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis, tum etiam a quibusvis citationibus super eadem bona suprascripta, modo quocunque importatis et importandis, lucris denique et perlucris, processibusque iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus, et in quovis iudicio et officio Regni obtentis

et obtinendis, ac super præmissis omnibus, præsentibus arendatis idem ex re, persona et occasione sui Recognoscentium et præfati Fratris sui suorumque Successorum tantummodo et non ultra perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram Officio præsenti admissam in fundo Bonorum præfatorum præsentibus arendatorum dum per Ministerialem competentem et Nobiles duos efficaciter requiretur non denegare, imo debebunt et tenebuntur eandem libere dare et effectualiter admittere, datamque et admissam eandem Possessionem et Usumfructum præmissorum omnium præsentibus inarendatorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere ipsumque Arendatarium suum et illius Posteros in præmissis omnibus præsentibus arendatis nullo modo inquietari, ita ut hic eadem Bona præmissa omnia præsentibus arendata idem Arendatarius suus cum suis Posteris quiete et pacifice, præsentis Inscriptionis Arendatariæ vigore, tenere habere et possidere queat, illisque utifrui possit. Idque sub vadio Summæ Noningentorum florenorum Polonicalium per eosdem Recognoscentes sive eorum Successores suprascripto Generoso Eustachio Charzewski Arendatario suo ipsiusque Successoribus ob non completionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo, Pro quo quidem vadio modo præmisso ad solvendum succumbendo, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda, citati existentes memorati Recognoscentes Generosi Candidus Constantinus atque Franciscus Dijes dijsoij Fratres inter se germani sive eorum Successores, ad instantiam memorati Generosi Eustachii Charzewski Arendatarii sui, vel eius Successorum ad Officium præsens

Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu supra scripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum parere debent, et tenebuntur, se que ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, promotioni minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, adminiculamenta ad Quictoream, vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo. ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Foris simplicibus vel triplicatis Quaestionibus, suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventione que ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis Evadendo. Nihilominus iidem Recognoscentes post expiratum eiusdem Arendae tempus, salvam sibi liberam apprehensionem eorundem Bonorum reservant quae pro nulla violentia a moderno Arendatario reputari debet, praesentis Inscriptionis vigore, salva praeterea Rumatione cum Possessione omni et usufructu Bonorum, ac obedientia subditorum ad Dominicam Laetare Quadragesimalem proxime venturam, Evectione rerum ad sex milliaria, atque hyematione pecorum, tum et additione duorum Stodolarum et conservatione familiae praedialis ad festum Sancti Adalberti suprascripto Generoso Charzewski pleno in robore reservata. Ita ac sua praesenti personali

1948

Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Woiakowski scriptum in rem Korniaktow Coniugum roborat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus
175 Joannes Woiakowski, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando, atque subiiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognouit, Quia ipse se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus. Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosorum Caroli, Francisci in Białoboki Korniakt, et Catharinae de Bełzec Coniugum Legitimorum, ratione certarum rerum et Conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de Actu et Datatibus, hic Premisliae Die hodierna in Acta contenta confectum conscriptum et datum, manu dicti Recognoscentis propria subscriptum. In omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis articulis, verbio, ligamentis ac nexibus in universum omnibus eisdem Generosis Korniakton Coniugibus, ipsorumque Posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis eiusdem scripti manualis contentis tam in toto, quam in quauis minima parte toties, quoties opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale